Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527415-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527415-p0002-7

1454.

1648 13 9

Q. F. F. Q. S.

# GOTHOFREDI ANTONII, IC.

DISPVTATIO FEVDALIS IX

De

# IVRE VASALLI ET PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE,

Quam

*Cum Corollariis ex Iure Publico,*

ad ductum Inſtitut. Per-Illuſtris Dn. de RHEZ

IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

**IO. SAMVELE STRYKIO**

I.V.D. & Profeſſore Publ. Ordinario,

*D. III. Decemb. A. O. R. MDCXCIIX*

Placidæ disquiſitioni publicæ ſubmittit

GEORGIVS DIETLOFF von Arnim/

Eques March.

---

*HALAE MAGDEBVRGICAE,*

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527415-p0003-2

# COROLLARIA

## *Ex Inſtitut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz*

Lib. I. Tit. 20. & ſeq.

I.

Liberi Electorum & Principum a patria poteſtate non ſunt exempti.

2. Qvoties priuatorum liberi, ob hoc quod monſtris accedant, a ſucceſſione excluduntur, toties & ex Principibus nati a principatu repelluntur.

3. Principes Imperii etiam cum exteris liberum ius connubiorum habent, nec vt Imperatorem conſulant opus eſt.

4. Principes Euangelici in nuptiis ſuis diſpenſatione opus non habent, ſed tantum informatione, an iuri diuino morali contraria ſit deſponſatio, quo ceſſante, vxorem ſine impedimento ducunt.

5. Matrimonia Principum ad Morganaticam vera ac iuſta ſunt, & liberi inde nati ſunt legitimi, licet nec vxor, nec liberi, dignitatis principalis participes fiant.

6. An dextræ vel ſiniſtræ manui Principis iungatur vxor ſecundaria, nihil refert, ſed tota res ex pactis præcedentibus dependet.

7. Vxor Principis Morganatica contrario pacto dignitatis maritalis particeps fieri poterit, licet hic plerumq; Imperatoris conſenſus adhibeatur.

8. Matrimonium Principis cum virgine nobili, ſine pacto morganatico contractum, iuſtum eſt, nec legibus Impe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527415-p0005-4

Imperii contrarium,vnde vxor & liberi inde nati principalis dignitatis & ſucceſſionis participes fiunt.

9. Sed ſi Princeps virginem ciuicam ſibi iungat,pariter quidem dignitatis ac ſucceſſionis iura communicantur,liberi tamen inde nati nec ad capitula Canonicorum maiora, nec ad torneamenta,admittuntur.

10. In feudis Imperii fœmininis fœminæ ſuccedenti libera nubendi poteſtas eſt, etiam inſcio Imperatore; Quod ſi pactis dotalibus de Principatu in maritum transferendo cautum ſit, ne quidem ſolius Imperatoris conſenſum ſufficere putamus,niſi & Electorum accedat.

11. An læſæ Maieſtatis crimen in Imperatricem committatur,dubitant non pauci,ſed nobis affirmatiua placet.

12. Principem Imperii de vxore adultera vltimum ſumere poſſe ſupplicium, nulli dubitamus: Quod enim in adulteram illuſtrem extraneam iuris habet,hoc ad vxorem pariter delinquentem extendendum. Idem de Principum liberis delinquentibus dicendum puto.

13. Viduas Principum Imperii inter miſerabiles perſonas referre velle abſurdum videri poterat: ſed ſalua res eſt,ſi reſpectu eminentiæ prioris æſtimentur: Hinc ſi cum alio Principe Imperii intercedat controuerſia, non denegandum ipſis beneficium prætereundi Auſtregas,& mox ad Imperatorem prouocandi.

14. Tutela Principum Imperii matribus non deneganda,quæ tamen teſtamento excludi poſſunt.

15. Qui Principes aliorum Principum tutores ſine decreto Cæſareo,ad adminiſtrationam tutelæ admitti poſſe contendunt,contra Imperii iura loquuntur, hinc ſi exceptio legitimationis a parte aduerſa in iudiciis Imperii opponatur, decretum omnino petendum.

## DISPVTATIO FEVDALIS IX.

# DE IVRE VASALLI ET PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE.

### Theſis Prima.

INueſtituræ renouationem excipit ius, quod vaſallo in re feudali competit. Competit autem ipſi ius rei feudalis poſſidendæ a, eiusque quaſi, ſeu vtile dominium b, atque inde dependens fructuum & emolumentorum percipiendorum commoditas c.

a) c. vn. § f. de inueſtit. de re. al. fact. c. vn. §. 1. Quid ſit inueſtit. c. vn. de probat. inueſtit. c. vn. de milite vaſall. qui contum. eſt. Vtrum autem ciuilem an naturalem poſſesſionem vaſallus conſequitur? ciuilem volunt, Bart. in l. naturaliter 12, in pr. n. 1. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. poſſideri 3. §. ex contrario, n. 44. eod. Weſemb. de feud. c. 8. n. 11. Roſent. in ſynopſ. feud. c. 8. concl. 1. n. 11 Rittershuſ. de feud. c. 2. q. 2. li. 2. & alii plures. At naturalem puto, argum. l. ſi ſeruus, 22. §. 1. de noxal. act. l. 12. in pr. ff. de acquir. poſſeſſ. cum Menoch. 1. remed. recup. poſſeſſ. n. 90. & 3. retin. n. 81. Borch. in tr. de acquir. poſſ. c. 2. n. 13. Sichard. conſ 5. feud. n. 70. Piſo. in prælud. feud. c. 21. n. 3. [Struv. c. 12. th. 2. per tot.] Iſta vero poſſesſio non per inueſtituram quam dicunt impropriam, ſed per traditionem in vaſallum transfertur, c. vn. inf. de nov. form. fidel. l. traditionibus, 20. C. de pact. Vult. lib. 1. c. 7. de feud. n. 10. Roſ. c. 6. concl. 11. n. 2. Mynſ 4. n. 61. Zaſ. p. 6. n. 7. tr. feud. Forſter. diſp. feud. 4. th. 3. lit. D. Diſſ. Duaren. c. 7. n. 6. de feud. ſed male: Poſſesſio enim animo & corpore ſimul eſt acquirenda coniunctim, l. poſſidere, l. quemadmodum de acquir. poſſ. Paul. 5. ſent. 2. Iaſ. in d. l. 3. §. 6. n. 1. & ſeq. Sylueſt. Aldobrand. in §. poſſidere, l. de interdict. lit. D. Interim tamen non nego, & actum fictum ſufficere: quales eſt aſpectus & viſus oculorum, l. 1. §. quod ſi iuſſerim, l. quod. meo, 18. §. 2. de acquir. poſſ. Zaſ. d. lo. n. 6. Aluarott. in c. vn. n. 7. Quid ſit inueſtit. Borch. c. 7. n. 7. & ſunt alii actus ficti in aliis rebus: de quib. v. Couarr. 3. reſol. 5. n. 6. Bellon. 4. ſupputat. 17. n. 13. Thom. deciſ. 11. n. 6. Schneid. in §. poſſidere, l. de interdict. n. 109. inf. Philip. Matth. in l. 11. de reg. iur. n. 15. Quod ſi feudum ſit latum, amplum & pluribus partibus diſtentum, vnius fundi poſſesſionem ingredi ſufficit, ſi reliquæ res ſub illo continentur, tanquam partes ſub integro, l. 3. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Zaſ. d. p. 6. n. 29. & conſ. 10. vol. 1. n. 6. Bart. in d. l. poſſideri, Roſenth. c. 6. concl. 14. n. 5.

14. n. 5. & in lit. G. allegati, ſi tamen reliquarum poſſeſſio vacua non ſit, & harum requiritur apprehenſio, l. quod meo, 18. §. ſi dum in alia, ff. de acquir. poſſ. Roſ. d. loc. n. 6. & lit. H. Denique non continuatur poſſeſſio in heredes, etiam ſuos, l. 23. in pr. l. 30. §. 5. de acquir. poſſ. l. 20. de vſucap. l. ceptam, 40. eod. l. 2. §. apparet, ff. de crim. expil. hered. l. 1. §. Scæuola, 15. ff. ſi quis teſtam. liber. Gœdd. ad l. nihil, 24. n. 18. de V. S. Vigl. ad §. ſui autem, l. de hered. qual. & diff. Soaretz. in theſaur. lit. P. n. 182. Gail. 2. n. 129. Zaſ. ad d. l. 23. de acquir. poſſ. n. 6. & conſ. 30. vol. 1. n. 6. & p. 6. n. 42. de feud. Covar. 3. reſol. 5. n. 6. Gometz. 1. reſol. 9. n. 2. Roſen. c. 7. concl. 17. n. 3. Hotom. conſ. 32. n. 6. Diſſ. Weſen. de feud. c. 8. n. 5. Hart. Piſtor. lib. 2. q. iur. 19. n. 46. Schurf. conſ. 36. n. 7. cent. 3. Conan. 10. comm. 5. & 7. Forſter. 2. de ſucceſſionibus, 4. n. 22. Pet. Gregor. lib. 1. c. 13. n. 25. in ſyntagm. iur. vniu. Coraſ. 6. miſcel. 12. Duar. in l. 11. ff. de lib. & poſthum.

b) c. vn. §. rei autem de inueſtit. de re alien. fact. vſumfructum ſcilicet pleniſſimum abſque proprietate, Vult. lib. 1. Feud. 10. n. 18. Guerro. Piſo. in prælud. feud. c. 20. n. 6. [vide ſupra Diſp. 1. th. 2. lit. c. p. 16.]

c) c. 1. §. f. in quib. cauſis feud. amit. §. his conſequenter, hic finitur lex, §. firmiter, 1. de prohib. feud. alien. per Frider. Rittershuſ. lib. 2. de feud. c. 2. q. 2. quod & de feudi incremento, ſi quod factum ſuit, per ſe non ſubſiſtens, intellige, §. f. de inueſtit. feud. controv. c. 1. §. ex contrario, de inueſtit. de re al. fact. Nicol. Mozz. tit. de natural. feud. n. 133. Berber. in viatorio iuris p. 2. de contractu feudali, n. 46. nec propter huiuſmodi incrementa neceſſaria eſt vlla inueſtitura, nec maiora ſunt requirenda ſeruitia, arg. l. f. C. de alluv. Hieron. de Monte, tr. f. regund. c. 24. n. 2. Schrad. p. 5. c. 6. n. 26. Rittershuſ. d. c. 2. q. 4. & 5.

d) c. vn. § 2. de inueſtit. de re al. fact. c. vn. in pr. de controuerſ. inter Dn. & emptor. feudi, c. vn. in f. in quibus cauſis feud. amitt. c. vn. de milit. vaſallo, qui contum. eſt. Dd. directum dominium appellant die Grundgerechtigkeit / oder der Grundeigenthumb / proprietatem ab vſu ſeparatam, Iaſ. in l. nihil commune, n. 11. de acquir. poſſeſſ. Ferrar. in pract. ſingul. form. libelli, quo agit. ad reuocat. feu. in pr. Diſſ. Donel. 9. comm. 14. in f. Pinel. ad l. 1. p. 2. C. de bon. matern. n. 6. Cuiac. 11. obſ. 35. Eguinar. Bar. lib. 4. de beneſic. c. 7. Borch. c. 1. de feu. n. 14. & ſeq. Lopez. lib. anima. verſ. iur. civ. c. 26. qui hanc dominii diſtinctionem reiiciunt. Attamen recte eam probant traditionis familiaris gratia, Sichard. ad Rubr. C. de rei vindicat. n. 2. Gothofr. ad l. 20. C. de pact. Petr. Greg. in Syntagm. iuris univ. lib. 1. c. 12. Coſtal. in l. 1. ſi ager vectig. Coraſ. 6. miſcell. 20. n. 2. Heig. in Rubr. Inſt. de rer. diuiſ. n. 22. Hotom. diſput. feud. c. 33.

II. Ha-

## II.

Habet quoque vaſallus poteſtatem ſubinfeudandi alium de re feudali *a*, etiam inſcio & inuito domino *b*, feudum refutandi *c*, ſiue conſentiat dominus, ſiue diſſentiat *d*, ſed & de feudo libere tranſigere poteſt *e*, & in arbitrum compromittere *f*, feudumque vtiliter vindicare *g*.

a) Subinfeudatio eſt, qua vaſallus feudum quod habet, vel totum, vel eius partem alii in feudum legitime concedit. Vocant nonnulli excadentias, ein Affterlehn / zum Affterlehn anſetzen / *c. vn. §. beneficium ſi de feud. defunct. contr. ſit inter Dn. & agnat. c. vn. §. ſimiliter de L. Corradi. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 35. n. 16.* Thom. de Marin. *tit. 2. n. 127.* Ritterſh. *libr. 2. c. 2. q.* 12 [vide ſupra *Diſp. 3. th. 3. lit. b. p. 84.*] Diſſ. Hotom. *in diſp. feud. c. 37. & ad §. callidis*, 2. *F. 55.*

b) *c. 1. §. 1. qual. olim feud. alien. c. vn. §. ſimiliter, §. ſeq. de capit. Corrad. c. vn §. 7. verſ. beneficium per quos fiat inueſtit.* Roſenth. *c. 9. membr. 1. concl. 43. n. 1.* Nicol. Moz. *tit. de his qui feud. dare poſſ. n. 26.* Mynſing. *1. obſ. 62.* Clar. *§. feudum, q. 32. n. 1.* Tria autem in hac ſubinfeudatione requiruntur copulate. Quod fiat ſincere, perſonæ ad ſeruitia præſtanda idoneæ, iiſdem cum priori inueſtitura pactis, *d. c. vn. qual. olim feud. alien. c. vn. per quos fiat. inueſt. d. §. ſimiliter, d. §. beneficium, c. vn. §. profecto, de l. Corrad.* Duar. *c. 12. n. 13. de feud.* Hartm. Piſt. *lib. 2. q. 44. n. 4.* Mynſ. *1. obſ 62.* Octav. Bammacar. *tit. ſi de feud. defunct. controv. c. feudum ea lege, n. 25.* An licet modo arctiori quam qui fuit prioris inueſtitionis? puto *per c. vn. vaſall. feud. poſſ. in al. arct. leg. transf.* Non autem refert an feudum ſeculare vel Eccleſiaſt. fuerit, Bammacar. *d. tit. c. beneficium, n.* 10. Zaſ. *p. 9 n. 17.* Intrigliol. *q. 53. n. 251.* [Kohl. *de ſubfeud. c. 3. n. 10. ſeqq.* Ludwel. *in ſyn. p. 315.*] Diſſent. Bald. *in c. vn. §. præterea. n. 1. de cap. Corrad.* Vigel. *c. 5. cauſa. 37. meth. feudal.* Nec intereſt an tertio vel vlteriori in totum, vel p. ſub infeudetur, *d. §. ſimiliter, c. 1. verſ. ſi vero totum, qual. olim. feud. alien.* Roſenth. *c. 9. memb. 1. concl. 45. n. 3. & 5.* Efficitur autem ſubinfeudatus ſubinfeudantis, non ſenioris primi vaſallus, *§. 2. verſ. illud, de probib. feud. alien. per Frider. & inſ. pr. verſ. ſi quis. infeudatus.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 58. verſ. decimo quinto.* Curt. *p. 4. n. 88.* Hartm. Piſtor. *q. 45. lib. 2. n. 19.* Diſſ. Duar. *c. 12. n. 13.* Quamuis autem ſubinfeudans in ſubinfeudatum vtile dominium & poſſesſionem transferat, Bl. *in §. illud de not. feud.* Speculat. *tit. de locato, §. nunc. verſ. 44.* Hern. *in c. 1. §. præterea, n. 8. de cap. Corr.* Diſſent. Bammacar. *d. tit. in c. Domino*

committente, in ſummar. n. 20. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 6. n. 3. 4. Burſat. conſil. 50. n. 16. Hartm. Piſtor. q. 45. n. 22. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 102. n. 11. Vigel. c. 5. c. 37. Roſent. c. 9. memb. 1. concl. 47. n. 3. & ibid. alleg. plurimi. Non minus tamen ipſe ſuo domino obligatus manet ex prima obligatione, c. vnic. §. 2. verſ. illud de prohib. feud. alien. per Frider. Alvarot. in c. 1. n. 6. in f. vbi Petr. Rauen. de controv. inueſtit. Et talem ſubinfeudationem dominus feudo ſibi aperto ratam habere cogitur, ſi rite ſub vaſallus ſeſe ipſi applicet, c. vn. §. ſi vero, qual. olim feud. alien. pot. Iaſ. in l. f. num. 3. ff. de pact. Curt. iun. p. 4. n. 85. Schrad. p. 8. c. 2. n. 23. Sonsbec. p. 12. n. 124. Schenck Bar. in c. 1. n. 8. de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. Hanneton. lib. 3. c. 10. Duar. c. 12. n. 14. Diſſ. Matth. de Afflict. in §. ſi vero, n. 1. qual. olim feud. alien. Clar. d. q. 32. n. 5. Weſembec. conſil. 73. n. 57. p. 2. Hart. Piſtor. d. q. 44. n. 8. & ſeqq. Vigel. c. 5. c. 37. Niell. diſp. feud. 7. th. vlt. Schöner. lib. 1. diſput. 9. th. 14. Quorum ſententiam in agnatis veram puto. §. Titius ſi de feud. defunct. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feudi. Molin. in conſuet. Pariſienſ. §. 35. n. 22. tit. 1. Iaſ. in l. 3. §. ex contrario, n. 72. de acquir. poſſeſſ. Piſtor. d. loc. nu. 6. [Imo vera quoque eſt in domino, Struv. c. 12. th. 13. n. 4. & ibi citati.] Quin autem hæc ſubinfeudatio irrita & inualida ſit, ſi in inueſtitura fuit prohibita, neminem puto dubitare. Sed ſi inueſtitura cautum ſit, ne feudum alienetur, num de ſubinfeudatione interpretabor? Neutiquam, docente Vultei. d. c. 10. n. 86. contra Dd. infinitæ multitudinis ab ipſo allegat. vid. Piſtor. d. quæſt. 44. in fin. [Ludwel. in Syn. p. 315.]

c) c. vn. de vaſall. qui contr. conſtit. Lothar. c. vnic. de vaſall. decrep. ætat. c. vn. de agnat. qui fin. fecer. agnat. c. vnic de alien. feud. pater c. vn. in fin. Quid iuris ſi poſt alienat. feud. vaſall. id recup. Dicitur refutatio alia propria, alia impropria: illa fit domino ſeu ſeniori: hæc vero deſcendentibus & agnatis, Vultei. c. 10. n. 75. Deſcendentibus refutari poteſt ſiue feudum nouum ſit, ſiue antiquum, c. vn. de vaſallo decrepitæ ætat. Borch. c. 8. n. 55. Mynſing. 6. obſ. 23. n. 3. Agnatis autem (quæ tamen refutatio de iure Saxonico locum non habet, teſte Gœden. conſil. 15. n. 6.) paternum feudum tantum, c. vn. de eo qui finem fecit agn. de feud. patern. c. vn. de ſucceſſ. fratr. c. vn. de benef. frat. modo ſint proximiores, § ſed etiam per quos fiat inueſtitura. Bammacar. d. tit. c. benef. num. 24. Nam ſi vlteriori facta fuerit refutatio, valet duntaxat vaſallo, qui refutauit, viuente. §. Titius filios, ſi de feu. defuncti controv. Hotoman. diſp. feud. c. 38. [& viuentibus eius filiis Struv. d. l. th. 14. n. 1.] Atque hoc modo refutatio pro alienatione cenſeri nequit, cum detur illi, qui alias eſſet ſucceſſurus. Octav. Bammacar. d. tit. ſi de feu. defunct.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-527415-p0010-1

*defunct. in c. beneficium, q.1. n.109.* Hotom. *conſil. 9. vol. 1.* Porro refutans ad ſeruiendum amplius domino non tenetur, dominum tamen offendere non debet, *c. vn. in fin. de vaſal. qui contra conſtitut. Lothar.* Clar. *d. §. feudum, q. 34. n.2.* & cui refutatum fuit, intra iuſtum tempus ſub pœna priuationis feudi, inueſtituram petere tenetur, Aluarot. *num. 6.* & Iſern *in c. vn. §. ſed etiam res per quos fiat inueſtitura.* Sonsbec. *p.12. n.119.* Mynſing. *5. obſ. 65. num. 65.* [Quomodo refutatio feudi in Imperio noſtro valeat, expoſuit Itterus *c. 22. §. 9. & 10.*]

d) *c. vn. in f. de vaſall. qui contr. conſtit. Loth. c. vn. Quid iuris ſi poſt alien. feud. vaſall. id recup. argum. l. pen. C. de pact. iunct. c. vn. §. huius autem, in quibus cauſis feud. amit.* Vult. *c. 10. n. 76.* Vigel. *c. 2. quæſt. 7. reg. 24. method. feud.* Iacob. de S. Georg. *tr de feud. v. Qui quidem n. 29.* Weſemb. *c. 11.* Zaſ. *p.10. n. 89.* Guerr. Piſo *in prælud. feud. c. 14.* [Ludwel. *Syn. Feud. p. 309.*] Diſſ. Iaſ. *in l. 2. C. de iure emphyt n.24.* Tiraq. *li. retr. lign. §. 34. gl. 1. n. 6.* Panorm. *in c.1. de feu.* Pinel. *l.2. p.1. c.4. n.2. C. de reſc. vend.* Clar. *q.34. n.1.* modo tempeſtiue abſque fraude fiat, *c. vnic. verſ. ſi vero, qualit. olim feud. alien. argum. §. manet, verſ. ſed plane, l. de ſocietate,* Frider. Schenck. *in c.1. num.7. de vaſall. qui contr. conſtit. Lothar.* Thom. de Marin. *t.2. n.121.* [Ludwel. *d. l. p. 311.* vbi declarat, quid ſit intempeſtiue feudum refutare] eoque obſeruato ad intereſſe domino non tenebitur, facit enim lege permittente, *argum. l. Grachus de adulter.* Diſſ. quoad ſtipulationem, Schoner. *lib. 1. diſp. 9. th.20.* Iacob. de S. Georg. *d. loc.* Roſenth. *d. c. 9. membr. 1. concl. 50. n.18. & ibid. alleg.* Sed ſtipulatio naturam actus ſuper quo interponitur, non mutat, magis autem ſecundum eam regulatur, *l. ſtipulatus, in pr. de vſur. l. 5. §. conventionales, de V. O. l.1. §. belliſſime, vt legator. nom. l. cum mora, C. de tranſact.* [Ludwel. *d. l. p. 310.*] Iaſ. *ad Rubr. de V. O. n. 15.* Gothofr. *ad l.1. eod.* (Sine fraude autem fieri cenſetur ſubinfeudatio, quoties domino ius ſuum ſaluum manet, *c. vn. in pr. verſ. callida de prohib. feud. alienat. per Frider.* Duaren. *c.12. num.13.* Clar. *§. feudum, q. 32. n. 5.* Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 44. n. 5.* Quoties etiam nihil in fraudem agnatorum committitur, *c. vn. §. ſed etiam res, per quos fiat inueſtit. c. vn. §. 7. verſ. beneficium, ſi de feud. defunct.* Vult. *lib. 1. c. 10. num. 82. & ibid. Dd.* In fraudem autem domini fieri videtur cùm ſpe prolis deſtitutus, alii infeudet, Iaſ. *in l. poſſideri, §. ex contr. n.72.* Schrad. *p. 8. c. 2 n.15.* Clar. *q. 32. n. 5. in fin.* Curt. iun. *p. 4. n. 85.* [Conf. Ludwel. *p. 317.*] vel eccleſiæ feudum concedat: quia tali caſu feudum ad dominum nunquam reuertitur, cum eccleſia nunquam moriatur, *c. vn. de alien. feud.* Schrad. *d. loc. n. 16.* Iaſ. *in c. vn. n. 36. de his qui feu. dare poſſ.* An idem dicendum ſi

ſyncere quidem rem agit, ſed tamen pretium accipit? Ita cenſent Weſenb. *c.11.n.9.* Hartm. Hartm. *t. de feud. obſerv. 37. n.3.* Aluarott. *in d. c. vn. §. 7. verſ. beneficium ſi de feud. defuncti,* Schr. *d. p. 8. c. 2. n. 15.* Schoner. *lib. 1. diſp. feud. 9. th. 10. lit. C.* ſed verius puto cum Roſent. *c. 9. concl. 58.* ſubinfeudantem propter ſolum pretium acceptum in fraude conſtitutum non videri.) Nec refert vtrum feudum ad incerta an ad certa ſeruitia ſit conceſſum, *2. F. 14.* Rittersh. *d. c. 2. q. 20.* Schurf. *conſil. 27. cent. 1. n. 6.* Piſo *d. loc. n. 9.* Sonsb. *p. 12. n. 116.* Quod diſplicet in ſeruitiis certis, Gl. *in c. vn. de capitan. qui curvend.* Bart. *in l. 15. cum quo, ff. de aq. pluv. arc.* Iacobo de S. Georg. *d. loc.* [Quod tamen ob textus generalitatem diſplicere non debebat. Ludwel. *p. 310.*] Quidam etiam ligium feudum excipiendum eſſe putant. Roſent. *d. lo. n. 10.* Bald. *in c. cæterum de iudic.* Gregor. *lib. 6. c. 19. num. 30. in ſyntagm. iur.* Vigel. *d. l.* Schoner *d. diſp. th. 24.* ſed cum LL non diſtinguant, diſtinctionem introducere vereor, cum Schrad. *p. 8. c. 1. n. 63. verſ. & licet aliqui,* Piſo *in d. loc n. 24.* [Ludwel. *d. p. 310.*] Omni autem onere liberum hoc cap. reuertitur feudum ad dom. *c. vn. §. rurſus ſi fidelis, quibus modis feud. amitt.* Tiraq. *d. lib. gl. 1. §. 34. num. 7. & 10.* Porro ſi contingat vt refutans feudum poſteum cui refutauerit, decedat, niſi omnino refutauerit, vel niſi ad hoc refutaverit, vt dominus eum quaſi de beneficio nouo inueſtitet, ad refutantem ſeudum reuertitur, *c. vn. de eo qui ſin. fec. agn. 2. F. 29.* ibi Gothofred. Mynſing. *3. obſer. 93.* [Struv. *c. 12. th. 14. n. 2.*] Diſſ. Anton. Cont. *in c. de ſucceſſ. feud. verſ. & hoc caſu cum ipſe pater.*

e) Dum bona fide ſine fraude & probabili timore litis tranſigat, *c. vn. § ſi vaſall. ſi de feud. defuncti controverſ. inter dom. & agnat. c. vn. de controv. inter vaſall. & ali. de beneficiis.* Bammacar. *d. t. in c. ſi vaſallus de beneſico, q. 1. num. 34.* Zaſ. *p. 9. n. 19.* Vult. *c. 10. n. 89.* Weſemb. *c. 11. n. 7.* Sonsbec. *p. 12. n. 97.* [An & quatenus vaſalli Imp. de feudis ſuis tranſigere poſſint vide ap. Itter. *c. 23. §. 6.*] Aliter hanc litem dirimunt, dicentes, valere tranſactionem ſi nihil de feudo diminuatur & alienetur, Thom. de Marin. *tit. 2. num. 25.* Iacob. de S. Georg. *verb. & cum pacto, n. 8.* Clar. *q. 38.* Franciſc. de Amic. *d. tit. de his qui feudum dare poſſunt, verb. ex cuius dictis.* Schrad. *p. 8. c. 1. num. 44.* Moz. *tit. de naturalibus feudorum, num. 74.* Roſenth. *c. 9. membr 1. concluſ. 21. num. 2.*

f) Quoties ſcilicet cauſa ad ordinarium iudicem, & non feudi dominum, vel partes curiæ ſpectat, *c. 1. §. ſimiliter, de l. Corr. c. vnic. de inueſtit. in mar. facta, c. vn. an ap. iud. vel dom.* Tilemann. *diſp. Pandectar. 12. parte 1. theſ. 6.* Diſſ. Clar. *quæſt. 39.* Borch. *8. de feud. n. 45.* Iaſ. *conſ. 168. vol. 3. n. 13.*

Roſ. *c.9. membr. 1. concl. 22. n.9.* Aliter Moz *tit. de natura feud. n.75.* Ferrar. *in tract. form. libel. quo agitur ad reuocat. feud.* Rittersh. *d. c. 2. qu. 19.* Hartm. *de feud. obſ. 34.* [Conf. Dn. Parens *in Diſp. de Arbitro feudali.*]

g) §. *rei autem de inueſt. de re alien. fact.* de quo ſuo loco plurib.

III.

Præterea locare feudatarius feudum poteſt, niſi locatio ſit fraudulenta *a*, licet fiat in longum tempus *b*, cum coheredibus ſine conſenſu domini abſque fraude diuidere *c*, vel vni coheredum totum aſsignare *d*, exceptis Regalium dignitatum feudis *e*.

a) *c. 1. §. donare, qualiter olim feu. alien. poterat.* Schrad. *p. 8. c. 1. nu. 18.* Curt. iun. *q. 4. num. 92.*

b) *d. §. donare, argum. l. 2. C. de præſcript. 30. annorum. Nouell. 120. c. 3.* Pinel. *in l. 1. p. 3. C. de bonis maternis.* Frid. Huſan. *tractat. de prop. homin. c. 7. num. 60.* Conan. 7. *n. 12.* Weſembec. *in parat. locati.* Rittershuſ. *lib. 2. c. 3. q. 36.* [Ludwel. *Syn. p. 306.* vbi rationes adiicit.] Diſſ. Schrad. *d. loc.* Zaſ. *p. 9. n. 12.* Bammacar. *d. loc. in c. beneficium, n. 102.* Curt. iun. *p. 4. n. 92.* Clar. *q. 35. n. 1.* Vigel. *c. 5. cauſa 37. in meth. feud.* Roſent. *d. l. concl. 7. num. 10.* Hæc tamen locatio ſi ante finitum locationis tempus feudum domino aperitur, expirat, nec tenetur dominus locationi factæ ſtare, Schrad. *d. l. n. 19.* Cacheran. *deciſ.* 116. *n. 9.*

c) *c. vn. §. omnes filii, ſi de feud. defunct. contr. int. Dn. & agn. vaſall. c. 1. §. præterea ducatus de prohib. ali. per Frider.* Schurf. *conſil. 17. cent. 1. arg. l. 38. ff. famil. herciſc. l. 86. in f. de leg. 2.* Etiam vno efflagitante reliquis nolentibus, *l. & ſi non omnes, 8. l. ſi quis cum 24. ff. comm. diuid. l. f. C. comm. diuid.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 20. n. 4. & 5. §. 33. n. 2.* Iaſ. *in l. ſtipulationes non diuiduntur, 72. n. 31. de V. O. & in l. fi. n. 35. C. de iure emphyt.* Schurf. *conſil. 37. cent. 2. n. 8.* Rittersh. *libr. 2. c. 3. q. 24.* Schrad. *p. 8. c. 2. n. 32.* Diſſ. Matth. de Afflict. *in c. imperialem, §. præterea, ſect. 1. n. 3. de proh. feud. alien. per Frid.* Hanneton. *lib. 3. c. 9. verſ. cæterum.* Felinus *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut.* Moz. *t. de diuiſ. feud. n. 50.* Talis autem diuiſio non præiudicat agnato ex prima inueſtitura acquiſito, *c. 1. §. 5. verſ. Titius, ſi de feud. defunct. c. vn. §. hoc quoque de ſucceſsione feud.* Diuiſio enim futuros caſus non comprehendit, *l. cum pater, 77. §. hered. de legat. 2.* Gœden. *conſil. 21. n. 4.* aliud tamen obtinet de iure Saxon. Lehnrecht / *c. 32. Conſtitut. Elector. 45. p. 2.* Modeſt. Piſtor. II. *vol. 2. n. 31.*

d) *d. §. omnes filii, ſi de feud. defunct.* modo nihil fiat in fraudem domini, Curt. iun. *p. 4. n. 122.* Bammacar. *d. tit. c. omnes filii, in ſummar. n. 2. & ſeq.*

e) *d. §. præterea ducatus.* Iaſ. *in prælud. feud. n. 121.* Cuiac. *lib. 2. tit. 12. & lib. 4. tit. 9.* Bammac. *d. loc. n.* 11. Gœden. *conſil. 19. n. 2. & conſil. 20. n. 4.* Hieron. de Monte *tract. fin. regundor.* Petr. Gregor. *in Syntagm. lib. 6. c. 6. in fin.* Diſſ. Hotom. *in diſp. feud. c. 28.* Aliud tamen inductum hodierna conſuetudine Germaniæ, Italiæ & Galliæ, de qua teſtantur Gœden. *d. loc. n.* 1. Zaſ. *p. 9. n. fin.* Clar. *q. 44.* & multa exempla adfert Hotom. *d. loc.* [conf. Itterus *de feud. Imp. c. 13. §. 9. ſeqq.* Klock. *t. 3. conſ. 182. n. 211.* aliique ab his citati] An vtilis illa conſuetudo Reipubl. merito quis dubitet, Rittershuſ. *d. c. 3. q. 24.* At ſtante iuris feudalis diſpoſitione, num eadem ius feudum habere primogenito concedit? Ita ſentiunt Schenck. *in d. §. omnes filii, ſi de feud. defunct. controv. n. 4.* Bammacar. *d. loc. n.* 11. *& ibid. alleg.* Schrad. *p. 8. limitat. 7. c. 2. n. 39.* Felin. *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. n. 90.* Pinell. *l. 1. p. 3. n. 17. C. de bon. matern.* [aliique citati a Bocero. *de ſucceſſ. feud. c. 3. qu. 47.* & Bitſch. *in comment. d. §. præterea. p. 691. ſeqq.* Quorum tamen ſententiam impugnarunt Nic. Betſ. *de pact. fam. ill. c. 9.* Sprenger. *font. Iur. Publ. c. 2. §. 4.*] Verum ex diſpoſitione *d. §. præterea* res ſecundum iuris communis placitum erit decidenda, niſi aliud ferat conſuetudo: Zaſ. *de feud. p. 8. n. 65.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 3. §. 6. n. 21.* Weſ. *c. 6. n. 14.* Tiraq. *de iure primogenituræ q. 4. n. 49.* Curt. *p. 4. n. 122.* Hannet. *lib. 3. c. 9.* Moz. *t. de diuiſ. feud. n. 45.* Clar. *q. 81.* Iacob. *verbo. dux, n. 2.* Talem autem conſuetudinem a Germanis antiquis obſeruatam fuiſſe, autor eſt Tacit. *d. morib. Germanor.* eamque firmam ex diuino & gentium iure, *Gen. 25. v. 5. & c. 48. verſ. 17. Deuter. 21. v. 26. 2. Paralip. 21. verſ. 3.* aſſerunt, Bodin. *6. de Republ. 5.* Petr. Greg. *in Syntagm. iuris lib. 54. c. 3.* Tiraquellus *de iure primogenit. in præfat. n. 33.* Ex aurea bulla c. 23. de regno & principatibus quatuor Electorum ſecularium huius conſtitutionis ius planum eſt: Ita tamen vt maximus natu clementem & pium ſe erga cæteros fratres & ſorores exhibeat, Rittershuſ. *lib. 1. c. 15. q. 9.* [conf. Itterus *cap. 12. §. 15. ſeqq.*] Sed quid de feudis iuriſdictionis eſt habendum? Hæc ita diuidi poſſunt, vt vel certis regionibus quiſque eam exerceat, vel ea vni ex ipſis, aut tertio locetur, vel vt ſit apud ſingulos alternis annis, *l. quoties in pr. de vſufructu. l. commun. 7. §. 10. ff. comm. diuidundo,* Vult. *c. 8. n. 36.* Zaſ. *in l. ſtipulat. 72. de V. O. n. 14.* Sichard. *conſil. feud. 1. n. 50.* Frider. Huſan. *d. tr. c. 6 n. 88.* Alias ipſa iuriſdictio indiuidua eſt, *arg. d. l. ſtipulat. 72. in pr. de V. O. l. cum Stichus, 29. inf. de ſolut. & liberat.* Bald. *in c. fin. col. 4. de iuriſdictione.*

VI. Ha-

## IV.

Hactenus de iure & poteſtate vaſalli quam in feudo habet: in aliis autem illud ius maxime eſt conſtrictum, ita vt omnis alienatio ipſi prohibita *a*, omnisque feudi diſpoſitio ſit interdicta *b*, niſi feudum acceperit pro ſe, & quibus dederit *c*, vel ex conſenſu domini *d*, agnatorumque *e*, aut terræ conſuetudine diſpoſuerit *f*.

a) *c.1. de inueſtitur. de re al. fact. c.1. qual. olim feud. alien. pot.* Franc. de Amic. *tit. de his qui feud. dare poſſunt. verb. hoc ergo. n.6.* Alienare cum dico omnem actum intelligo per quem dominium vel ius aliquod transfertur vel conſtituitur, *c.1. in pr. de prohibit. feud. alien. per Frider. l. fi. C. de reb. alienis non alien. l.17. §.1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Ardizon. *tit. ex quib. cauſ. feu. amitt. ſub rubr. Alienatio intelligitur n.99.* Roſent. *c.9. membr.1. concl.6.* Duar. *c.12. n.6.* Coraſ. *in l. fin. ff. de ll.* [Struv. *c.12. th.3.*] Quæ prohibitio propter domini contemptum *c.1. §. f. quæ fuit prima cauſa benef.* non ſaltem in rei deterioratione vel diminutione, Borch. *c.8. n.34.* ſed etiam in eiusdem melioratione procedit, *arg. l.44. ff. de vſufr.* Iaſ. *in l.1. n.99. C. de iure emphyt.* Bald. *ibid. n.*11. Schrad. *p.8. c.*1. *num.49.* Fuit autem varia diuerſis locis & temporibus, dd. cc. Franc. de Amic. *d. loc. verb. occurrit, n.1.* tandem in tantum excreuit, vt ne quidem in neceſſitate fieri poſſit, *c. vn. §. neceſſitate, qual. olim alien. pot. c. vn. in pr. de prohib. feud. alien. per Frider.* An etiam in maxima, v. g. famis neceſſitate? Quod nego cum Bald. *in d.c. vn. §. neceſſit.* Clar. *§ feud. quæſt. 31. n.*11. Zaſ. *p.9. n.13.* Schrad. *p.8. c.*11. *nu.* 21. Curt. iun. *p.4. q.16. n.*107. Weſemb. *c.*11. *n.2. per d. cap. vn. §. neceſſitate, qual. olim feud. alien. c. vn. §. licet, ſi de feud. defuncti controv.* Hanc ſententiam ſatis duram atque inhumanam & abhorrentem a mutua vaſalli & domini neceſſitudine, vocant Ritterſhuſ. *lib.2. c.4. q.81.* Tiraquel. *de retr. lign. §.26. gl.1. n.19.* Iaſ. *in l. de pupillo. §. ſi quis riuos, de nov. op. nunc.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſu 182. n.2. & ſeq.* Hanneton. *lib.3. c.5.* Mynſing. *6. obſ.30. num.5.* Vigel. *c.5. cauſa 37.* [Dominus tamen hoc ſummæ neceſſitatis caſu, conſenſum ſine iuſtiſſima cauſa denegare nequit. Struv. *§.13. th.*1. *n.2.*]

b) *c. vn. de ſucceſſ. feudi, §. donare qual. olim feud. alienat.* Bammac. *d. tit. c. omnes filii, q.3. n.40.* Et ne quidem in pias cauſas vaſallus de feudo diſponere poteſt, *d. §. donare.* Nec alimenta vxori poſt mortem conſtituere, *§. fin. de inueſtit. de re alien fact.* Nec pater vni filiorum aliquid prælegare,

legare, c. vn. de ſucceſſ. feud. Hotom. in c. 1. verb. ordinatione, verſ. ſed quæri poteſt, eod. Iacob. de S. Georg. verb. & cum pacto, n. 14. Nicol. Moz. tit. de naturalibus feud. n. 80. Clar. q. 40. Rittershuſ. lib. 1. c. 12. q. 5. Diſſ. varie Alvar. in c. vnic. de prohib. feud. alien. per Frider. Crauet. conſil. 135. n. 8. Iaſ. in l. 2. in fin. C. de iure emphyt. Pancirol. conſil. 1. n. 13. vol. 1. Kirchov. in commun. opin. lit. F. verſ. in feudo filii. Si tamen domini conſenſus acceſſerit, & feudum fuerit nouum, talis diſpoſitio valebit per ea quæ tradit. Hart. Piſt. lib. 2. q. 4. n. 23. Zaſ. p. 9. n. 30. Clar. §. feudum, q. 40. §. fin. Borch. c. 8. num. 154. Iacob. d. l. num. 16. Diſſ. Sonsbec. p. 13. n. 100. verſ. tertia concluſio erit. Hanneton. lib. 2. c. 10. Bald. in c. 1. col. 4. verſ. quærit, an agnatus vel filius. Duaren. c. 12. n. 17. Attamen ſi accidat, vt vaſallus aliquid ex feudo leget, num legati æſtimatio debetur? Non puto, per c. 1. de ſucceſſ. feud. §. donare, qual. olim feud. alien. argum. §. non ſolum. Inſt. de legat. l. apud Iulian. §. conſtat de leg. 1. Vult. c. 9. n. 72. Octau. Bammac. d. loc. c. omnes filii, q. 5. pr. q. 1. min. pr. per tot. Pancirol. conſil. 1. n. 12. Burſat. conſ. 4. n. 17. lib. 1. Euerhard. in Topicis, Loca feudo ad emphyt. n. 16. Clar. qu. 40. n. 4. Curt. iun. p. 4. n. 125. Rittershuſ. lib. 1. c. 12. q. 7. Roſenth. c. 7. concl. 2. n. 10. Diſſ. Camerar. in c. imperialem, de feud. prohib. alien. per Frider. n. 195. [Quæ diſſentientium opinio verior quoque eſt, per ea quæ tradit Ludvvel. Syn. p. 180.]

c) c. vn. de feud. prop. nat. non habente. Bald. in c. vn. §. donare, qual. olim feudum alien. poterat. Clar. q. 31. n. 8. Kirchov. cent. 2. concl. 55. comm. opin. [Wurmſer. de feud. Impr. claſſ. 3. ſect. 22. n. 5. ſeq.] Sed an eo caſu ſi ſimpliciter feudum ſit hereditarium, v. g. conceſſum heredibus quibuſcunque? Hoc quidem exiſtimant Vigel. c. 2. q. 7. reg. 14. Borch. c. 8. n. 76. Moz. de natur. feud. n. 83. Clar. quæſt. 9. n. 2. & q. 40. n. 2. Bald. in c. imperial. de probib. feud. alien. per Frider. n. 19 Forſterus diſp. 1. feud. th. 14. Verius autem contrarium cenſeo, per ea quæ traduntur a Sonsbec. p. 12. n. 93. Gozad. conſ. 8. n. 7. Decian. conſ 58. n. 13. vol. 2. Roſenth. c. 9. membr. 1. concl. 18. n. 4. [Imo cum tale feudum mere hereditarium habeatur iure allodiali, ſaluo tantum iure dominico vid. ſupra D. 1. th. 8. lit. d. p. 54. manifeſtum eſt, alienationem quoq; eius permiſſam eſſe vaſallo. Struv. c. 4. th. 13. n. 1. 2. & c. 13. th. 13. Wurmſ. de feud. Imp. claſſ. 3. ſect. 5. n. 99. etiam in feudis Imp. Itter. c. 23. §. 9.] Idem ſtatuo de feudo franco cum Vult. c. 10. n. 91. Zaſ. p. 12. n. 37. Piſon. c. 40. n. 36. Iaſ. in prælud. feud. n. 117. Moz. ex quib. cauſ. feud. amit. n. 155. Schrad. p. 8. c. 1. n. 57. [in feudo Franco alia militat ratio, quam in mere hereditario: hoc n. ratione ſucceſſionis eſt improprium, illud tantum ratione ſeruitiorum, & ſic in reliquis capitibus naturam feudi retinet. Wurmſer. d.

Cl. 3.

*Cl. 3. ſect. 9. n. 13.* ] Diſſ. Iacobus de Franchis *in feud. prælud. tit. ſpec. feud. n. 196.* Petr. Gregor. *6. c. 3. n. 4. & c. 18. n. 1. in Syntagm. iuris.* Iacobin. de S. Georg. *d. loc. n. 15.* Burſat. *conſ. 4. vol.* 1. *n.* 1. Zaſ. *ſibi contrarius, p. 10. n. 16.*

d) *c. vn. de prohib. feud. alien. per Frider.* & ſufficit tacitus cum præſentia conſenſus, *gl. in c.* 1. §. *præterea, verbo regreſſum, quib. mod. feud. amit.* Curt. *p. 4. n. 128.* Dyn. *in c. qui tacet, regul. iur. in 6,* Schrad. *p. 8. c. 4. n. 2.* Borch. *c. 8. n. 72.* Zaſ. *p. 9. n. 31.* Schurf. *conſil. 41. n. 3. cent. 1.* Fichard. *in addit. ad* Villalob. *lit. A. n. 98.* Mynſing. *4. obſ. 87. n. 3.* [ Struv. *c. 13. th. 2. n. 1.* Ludwel *in ſyn. c. 17. p. 347.* ] Diſſ. Tiraquel. §. 1. *de retr. lign. gl. 9. n. 148.* Bald. *in l. obſeruare, §. proficiſci, de offic. proconſ.* Aluarot. *in §. fin. quæ fuerit prima cauſ. benef. amit. concluſ. 42.* Quorum tamen ſententia in agnatorum conſenſu veriſſima eſt, Vultei. *c. 10. n. 72. in fin.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. q. 7. n. 1.*

e) Si ſcilicet feudum ſit antiquum: in nouo autem non requiritur, *c. 1. §. ſi vero de alien. feud. c. vn. de ſucceſſ. feud. c. vn. §. ſed etiam per quos fiat inueſtit. c. vn. §. Titius, ſi de feud. defunct.* Octav. Bammacar. *d. tit c. omnes filii, q. 3. n. 40.* Thoming. *deciſ. 43. n. 14.* Duaren. *c. 12. n. 3.* At ſubinfeudatus cuius conſenſum de alienat. requirat? Vtriuſque: tum ſuperioris, tum inferioris domini: vtriuſque enim intereſt, nec ſubinfeudans abſque ſenioris conſenſu poterat alienare. Ergo nec ſubuaſallus, *argum. l. nemo, de R. I.* nec ſuperior abſque inferioris voluntate, *2. F. 22. 1. F. 22. §. 1.* Matth. de Afflict. *n. 45. & ſeqq. de probib. alien. feud. per Frider.* Frecc. *lib. 2. ſubfeudat.* 1. *n.* 2. Menoch. *conſil. 226. n. 172. vol. 3.* Diſſ. Blanc. *lib. 2. c.* 1. *n. 74.* Schrad. *p. 8. c. 2. n. 26. in pr.* Hart. Hartm. *tit. de feud. obſ. 39.* qui ſuperioris conſenſum requirunt. Aliter ſentiunt Molin. *in conſuetud. Pariſ. gl. 6.* §. 1. *n.* 11. Fab. *in §. 3. I. locati* Hartm. Piſt. *q. 45. n. 6. & 13.* Schoner. *diſp. 9. lib.* 1. *theſ. 73. lit. O.* qui ſubinfeudantis conſenſu adhibito alienationem ratam aſſerunt. Quod ſi dominus alienationi conſenſit, iuri ſuo directo nihil præiudicaſſe præſumatur, Zaſ. *p. 9. n. 35.* Moz. *de ſubſtantial. feud. n. 6.* Secus tamen docent. Iaſ. *in l. non ſolum, §. morte, ff. de nov. op. nunt. n. 27.* Bald. *in l. vn. C. de his quæ pœn. nom. n. 56.* Clar. *q. 31. n. 5.* Sibi autem præiudicat in onere feudi, feudo ad ſe deuoluto, Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 48. per tot.* Roſenth. *c. 9. membr.* 1. *concl. 18. n. 2. & ſeqq.* Thom. de Marin. *tit. 9. n. 37.* Neguzant. *tr. de pignor. p. 2. membr.* 2. *n. 44.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. *13. gl. 5. q. 5.* Vigel. *c. 2. q. 7. reg.* 12. Diſſ. Matth. de Afflict. *in c. vn. qui ſucceſſ. ten. n. 31.* An etiam in vſuris, fructibus, & intereſſe, ob moram principalis? Nequaquam: *arg. l. 8. ff. de eo quod certo loc.* Matth. de Afflict. *in c. imperialem, vn. tit. 12. q. 8. n. 23.* Diſſ. Hartm. Piſtor. *lib. 2. q. 49.* Niell. *diſput. feud. 6. theſ. 7. lit. B.* Illud

onus non excutit dominus per proteſtationem: ſaluo iure ſuo, *l. ſi debitor*, §. 1. *l. ſicut*, 8. §. *non videtur*, *quib. mod. pign. vel hypoth.* Hartm. Piſtor. *d. q. 49. n. 22. & ſeqq.* Fachin. 7. *controv. iur. 56.* qui referunt diſſentientes.

